Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Respice in me et miserere mei
quoniam unicus et pauper sum ego
vide humilitatem meam et la
borem meum et dimitte omnia peccata mea
deus meus. Ps. Ad te domine levavi animam
meam deus meus in te confido non erubescam.
Oratio. Omnipotens sempiterne deus
qui nihil est validum. nihil sanum multa
plicasti nos misericordiam tuam ut te
rectore te duce tuis eamus per bo
na temporalia. ut non amittamus
eternum. Ly. Non c. ly. per eundem apl.
Humiliamini sub po
tenti manu dei. ut vos ex
altet in tempore visitationis. Omnem
sollicitudinem vestram projicientes
in eum: quoniam ipse curae est de vobis.
Sobrii estote et vigilate. quia ad
versarius vester diabolus tanquam
leo rugiens circuit quaerens quem de
voret. Cui resistite fortes in fide
scientes eandem passionem ei que in
mundo est vestre fraternitati fieri.
Deus autem omnis gratie qui vocavit
nos in eternam suam gloriam. in xpo
ihu modicum passos. ipse perficiet
confirmabit solidabitque. Ipsi gloria
et imperium in secula seculorum. amen.
Tracta cogitationes tuas in domino et ipse te enutriet. Ly. Dum clamarem ad
dominum exaudivit vocem meam ab his qui
appropinquant mihi. Alla. Ly. Dilig
am te domine virtus mea dominus firmamentum meum et refugium meum. Ly.
Hello t. Erat appropinquans lucas.
quantes ad ihsum publicani et
peccatores. ut audirent eum. Et
murmurabant phyrisei et scribe dicentes. Quia hic peccatores
recipit. et manducat cum illis.
Et ait ad illos parabolam istam
dicens. Quis ex vobis homo
qui habet centum oves. et si perdiderit unam ex illis. nonne dimittit
in deserto nonaginta novem in deserto
et vadit ad illam que perierat
donec inveniat eam. Et cum in
venerit eam. imponit in humeros suos gaudens. Et veniens
domum convocat amicos et vi
cinos dicens illis. Congratulamini mihi: quia inveni ovem meam
que perierat. Dico vobis quia
gaudium erit in celo super uno
peccatore penitentiam agente quam
super nonaginta novem iustis
qui non indigent penitentia.
Aut que mulier habens drachmas
decem. et si perdiderit drachmam
unam. nonne accendit lucernam
et everrit domum et quaerit diligenter donec inveniat illam.
Et cum invenerit convocat a
micas et vicinas dicens illis.
Congratulamini mihi. quia in
venerim drachmam quam perdideram.
Ita dico vobis. gaudium erit coram angelis dei super uno peccatore penitentiam agente. offertorium.
Speraverunt in te omnes qui noverunt
nomen tuum domine quoniam non derelinquis
quaerentes te psallite domino qui habitat
in sion quoniam non est oblitus orationem